

BISTRIȚA / BISTRITZ, NÖSEN / BESZTERCE

1532.01.20

Keywords: 1.4. guests, weddings, engagements

Version 1:

Senatus decretum super invitandis ad nuptias hospitibus, anno 1532 factum

Feria sexta, que erat dies beatorum Fabiani et Sebastiani martirum statutum est, quod deinceps in posterum celebraturas nuptias hospites, quos sibi adesse velit non magno invitantium tumultu invitet, verum quo simplicissime fieri poterit, amicos tantum et consanguineos ipse sponsus cum uno proloquutore et duobus famulis invitet, atque celebratio unius diei et celebritas sufficiat.

Rursum statutum est ne quispiam famulis et iuvenibus in manuum stipulacione ac sponsaliis officium gerens summo mane ientaculum dare et administrari debeat et audeat.

CJ POB seria I, nr. 1154 [COLLECTIO omnium eorum decretorum que ab anno Domini 1532 in hoc usque tempus prudentes et circumspecti domini iudex et iurati consules pro tempore constituti consensu seniorum ac centumvirorum super invitandis ad nuptias hospitibus constituerunt ac propter futuram sensuum hominum cum magistratu constitutorum, revocationem et contradictionem contesta ac conscripta esse voluerunt.]

Version 2:

Decretum secundum super invitandis ad nuptias hospitibus

Eodem tempore et vigore statutum, ne deinceps in posterum celebraturus nuptias hospites, quod sibi adesse velit magno invitantium tumultu, invitet, verum quo simplicissem fieri poterit, amicos tantum et consanguineos ipse sponsus cum uno proloquutore et duobus famulis invitet, neque corybanticus ille furor, qui hactenus observatus est in triduum usque prorogetur, sed diei unus celebratio celebritasque sufficiat.

Tercium super manuum stipulacione et sponsaliis

Statutum est ne quispiam famulis et iuvenibus in manuum stipulacione ac sponsaliis officium gerentibus summo mane ientaculum dare et administrare debeat et audeat.

CJ POB seria III, a2, 22v

